

478.

Erzbischof Sigfrid von Mainz, Abt Raimund von Ebersbach und der Prediger Magister Konrad von Marburg senden dem Papst Gregor IX. den vorstehenden Bericht Konrads über die verstorbene Landgräfin Elisabeth nebst einem Protokoll über 34 an ihrem Grabe geschehene Wunder.

[Bald nach 1232 Nov. 16.] 5

*Gedr.: Allatius Symmika 1,269. Daraus: Scriptores rer. Byzant. 23,60. Kuchenbecker, Analecta 9,107 (incorrekt).
Ann.: Das undatirte Schreiben ist wohl als Begleitschreiben von No. 476 zu betrachten, also bald nach 16. Nov. 1232 erlassen.*

Sanctissimo patri ac domno Gregorio sancte Romane ecclesie summo pontifici
Sifridus miseratione divina archiepiscopus Moguntinus, Reymundus abbas Ebarbacensis 10
Cisterciensis ordinis et magister Conradus verbi dei predicator debite subiectionis cum
filiali obedientia et reverentia paratissimum famulatum. Paternitatis vestre litteras
accepimus et mandatum, quatenus habita pre oculis sola divine reverentia maiestatis
conversationem et vitam felicis memorie Elizabeth quondam lantgravie et miracula, que
autore deo de sui corporis sanctitate procedunt, per testes idoneos inquisita cauta diligentia 15
et sollicitudine vigilantia in scriptis relata fideliter reservaremus, vobis ea post acceptum
super hoc mandatum apostolicum sub sigillis nostris per fideles et solemnes nuncios
transmissuri. Nos autem mandatis vestris obtemperantes humiliter, ut debuimus, con-
versationem et vitam dicte lantgravie et miracula, que pro eius corporis sanctitate dominus
operatus est, prout cautius et diligentius potuimus, disquisita paternitati vestre transmitti- 20
mus in hoc scripto. De conversatione et vita ipsius tam notos, quam etiam familiam
eiusdem religiosam et deum timentem solícite requirentes previa iuratoria cautione in-
venimus, que continet series subnotata, quam de verbo ad verbum compilatam ego
Conradus humilis predicator vobis proximo destinavi nec quippiam nunc auditum movit
conscientias nostrum trium ad variandum seu minuendum aliquid circa seriem vel 25
supplendum.

479.

1232.

*Hilschr.: Or. verloren. Regest in einem alten (Saec. XV—XVI) Repertorium, welches bei dem Kopial R.R.I. 16
(Saec. XVI in.) liegt. Haus- und Staatsarchiv Gotha.*

30

*Landgraff Heinrich in Düringen eigent und donirt dem Kloster (Ichtshausen)
einen Hoff daselbst zu Ichtshausen, so seine Frau Mutter erbauet hatt. Ao 1232.*